

instancabilmente si adopera a correggere i mali pubblici e privati, di cui egli solo non ha preso il contagio, meritandosi per ciò una lode imperitura.

Or egli nutre la più alta stima pel V. e vuol vengli in aiuto,

togliendolo infine da Capodistria, che è luogo di lui indegno.

Lo esorta quindi a rinunciar al pensiero di tornare alla Curia, e a recarsi invece dal Trevisan, non appena questi avrà terminato il suo governo nella Dalmazia.

Scriva adunque il V. per informare il Trevisan di quel che intenda fare.

eligibilior vite tenor, quis rei publice error, qualis magistratuum
exigentia, iam plene sed heu! nimium solus intelligit, divinaque
quadam industria, quantum uni datum est, publica et privata dietim
emendat. eterna eum laude dignum iudicabimus, qui^(a) ab divitiarum
honorumque illecebris, quibus abunde obsessus fuit, intaminatus eva- 5
serit, quique^(b) inter tantam malorum morum scabiem non traxerit
ipse contagium. dum hic itaque cogitatus suos carminata^(c) quadam
sinceritate componit, dumque bonorum presidio se totaliter accom-
modat, tu es unus inprimis de quo bene conceperit, quem in dies 10
tenacius amare, clementius fovere et sublevare proponit. nosti
tu etiam quantum indignos venustare soleat viri docti et potentis
auctoritas. ratusque ob tua innumera merita patriam tuam indi-
gnam te, alibi sedem tibi parandam esse diffinit, operasque suas
spondet, ut tu, qui Iustinopolitano sale iam abunde confectus es,
validis inde amicorum uncis effodiaris. quare te hortor, quinimo 15
hortatur ipse, ut pro nunc cogitamina tua sparsa recolligas, nec
curialibus te vorticibus implices, sed, quam primum Illirico hoc
magistratu absolutus erit, tu ad eum te conferas, nec magno appa-
ratu aut longo viatico te munias. solis tu pomis datalinis⁽¹⁾ onustus
reliquam^(d) mensam apud eum paratam invenies. inter enim com- 20
mensales suos tu iam scriptus es, nec de ultimis quidem. tunc
secum amica colloquia et matura in rebus tuis consilia agitabis,
multaque de status tui serie aperte discuties. poscit postremo ut
quicquam ad eum rescribas, quatenus propositi tui summam non
ignoret et intentionis tue pignus obtineat. vale. tuus^(e) Alme- 25
ricus de Seravallo phisicus. Iadre. Ibi, 20 marcii 1412.

(a) C quod (b) quodque (c) Codd. suos carmina quadam Scriviamo carminata nel senso di « purgata » o « pectinata ». (d) C honestus et rel. (e) In C manca tuus, e la data, aggiunta da altra mano, non si legge interamente, perchè il 2 di 1412 è scomparso dall'estremità della pagina.

(1) La voce « datalinus » manca nei lessici, nè sapremmo darne una soddisfacente spiegazione. Dalla sua affinità a « dactylus » (dattero), parola da cui forse deriva in forma storpiata - cf. « datolo » (veneto), « dattilo » (toscano),

« datul » (friulano), si potrebbe sospettare che l'epiteto « datalinus » si riferisca o alla figura oppur alla dolcezza di certi pomi che si coltivavano nelle campagne capodistriane. Di pere trovammo già menzione nell'epist. XVII.